dn̄e bn̄dicis iuſtis. dn̄e vt ſcuto bo
ne volūtatis tue coronaſti eos.

Reſpice q̄s dn̄e po **Secreta.** pulū tuū ad tua ſacramēta currē tem et preſentē feſtiuitatē ſci albi ni martyris tui celebrantē. vt q̄ in honore noīs tui detulerūt: cūctis pſint ad veniā. Per. **Alia.**

Sancte ſcōꝝ de⁹ q̄ ſpiritualia cha riſmata indefenſa pietatis largi tate diſtribuis ſup has q̄s tibi of ferim⁹ hoſtias ſeren⁹ ac ꝓpici⁹ ſan ctificādo q̄s reſpice. vt qđ nr̄is me ritis obtinere nō poſſum⁹. interce dente btō achacio ſocijſq; eius tue miſeracionis virtutiſq; auxilio i petremus. P. **Cō.** Dico āt vo bis amic; meis ne terreamini ab hijs q̄ vos pſequūtur. **Cōplēda**

Perficiant in nobis tua ſcā dn̄e corpis ⁊ aīe ſalutē: ⁊ ſancti marty ris tui albini p̄cibus adiuuemur in cui⁹ triūpho de tui ſacramenti refectione letamur. P. **Alia.**

Sicut dediſti dn̄e de⁹ māna in de ſerto gratuito mūere ingratis. et īmeritis: ita p̄cib⁹ beatoꝝ decē mi liū martyꝝ tribue nobis cibū ſalu lutis eterne. ⁊ tocius remediū ad uerſitatis. Per dominū.

**In vigilia beati Johānis baptiſte**

Nē timeas zacharia exaudi ta eſt oratio tua ⁊ elyzabeth vxor tua pariet tibi filiū et vocab nomē eius iohannē ⁊ erit magn⁹ corā dn̄o et ſpūſcō replebit᷑ adhuc ex vtero matris ſue. ⁊ multi in na tiuitate eius gaudebūt. **Ps.** Do mine in virtute tua letabit᷑ rex et ſup ſalutare tuū exultabit vehe mēter. **Collecta.**

Preſta q̄s oṗs deus: vt fami lia tua p viā ſalutis īcedat: et beati iohānis p̄curſoris horta mēta ſectando. ad deū quē predi xit ſecura pueniat. Dn̄m noſtꝝ.

**Lectio Jheremie prophete. primo.**

In dieb⁹ illis. Factū eſt verbū dn̄i ad me dicens. Priuſq̄ te formarē ex vtero noui te: et ante q̄ exires de vulua ſanctificaui te. et ꝓphetā in gētib⁹ dedi te. Et dixi. A a a dn̄e deus. Ecce neſcio loqui: quia puer ego ſū. Et dixit dn̄s ad me. Noli dicere quia puer ſū: qm̄ ad oīa q̄ mittā te ibis. et vniuerſa quecūq; mādauero tibi. loqueris Ne timeas a facie eoꝝ: q̄a ego te cū ſum. vt eruā te dicit dn̄s. Et mi ſit domin⁹ manū ſuā et tetigit os meū: ⁊ dixit dn̄s ad me. Ecce dedi v̄ba mea i ore tuo: ecce conſtitui te hodie ſup gētes ⁊ ſup regna. vt e uellas ⁊ deſtruas. ⁊ diſpdas ⁊ diſſi pes ⁊ edifices ⁊ plātes. Dicit dn̄s oṗs **Gra.** Fuit hō miſſus a deo cui nomē iohes erat hic venit. **℣.** Vt teſtioniū phiberet de lumīe et pararet dn̄o plebē pfectā. **Si fuerit dn̄ica dicet.** Allā. **℣.** Beat⁹ vir q̄ timet dn̄m in mādatis ei⁹ cupit ni mis. **Cū ſequēcia.** Obtā beatoꝝ.

Iniciũ ſcĩ euãgelij Scdm Lucã .i.

Fuit in dieb⁹ herodis regis iu dee ſacerdos qdã noīe zacharias de vice abia ⁊ vxoꝛ illi de filiabus aaron. ⁊ nomē eius elizabet. Erāt aūt iuſti ābo ante deū: incedentes in oībus mādatis ⁊ iuſtificacionib⁹ dñi: ſine querela. Et nō erat illis fili⁹. eo ꝙ eſſet elizabeth ſterilis. ⁊ ambo ꝓceſſiſſent in diebus ſuis. Factū eſt aūt cū ſacerdocio fungeret' zacharias in oꝛdie vicis ſue ante deū. ſcdm ꝯſuetudinē ſacerdocij ſoꝛte exijt vt incenſū poneret. ingreſſus in templū dñi Et oīs multitudo populi: erat oꝛans foꝛis hoꝛa incēſi. Apparuit aūt illi angel⁹ dñi ſtās a dextris altar' incenſi. Et zacharias turbat⁹ eſt videns: ⁊ irruit timoꝛ ſup eū. Ait āt ad illū āgel⁹. Ne timeas zacharia: qm̄ exaudita eſt dep̄cacio tua. ⁊ vxoꝛ tua elizabeth pariet tibi filiū et vocabis nomē ei⁹ iohānē. Et erit gaudiū tibi. ⁊ exultacio: ⁊ multi i natiuitate ei⁹ gaudebūt. Erit em̄ magn⁹ coꝛā dño: ⁊ vinū et ſicerā nō bibet. et ſpūſcō replebit' adhuc ex vtero matris ſue: ⁊ multos filioꝛū iſrahel ꝯuertet ad dñm deum ipſoꝝ. Et ipſe pꝛecedet ante illum in ſpiritu et virtute helye: vt conuertat coꝛda patꝝ in filios. et icredulos ad pꝛudēciam iuſtoꝝ Parare domino: plebem perfectam.

Offer. Gloꝛia et honoꝛe coꝛonaſti eū ⁊ cōſtituiſti eū ſup opera manuū tuaꝝ domie. Secreta.

Munera populi tui domie oblata ſanctifica: ⁊ intercedēte beato iohanne baptiſta nos p hec a peccatoꝝ noſtroꝝ maculis emūda. Per

Cō. Magna eſt gloꝛia eius in ſalutari tuo gloꝛiam ⁊ magnū decorem impones ſup eū domine.

Beati iohānis bap Cōplenda tiſte nos qm̄s dñe p̄clara comitet' oꝛacio: ⁊ quē ventuꝝ eſſe pꝛedixit poſcat nobis foꝛe placatū. Dominū noſtꝝ. In die ſancto Introi.

De vētre matris mee vocauit me dñs noīe meo ⁊ poſuit os meū vt gladiū acutū. ſub tegimēto man⁹ ſue pꝛotexit me poſuit me q̄ſi ſagittam electam. Ps. Bonū eſt ꝯfiteri dño et pſallere noī tuo altiſſime.

Deus q pꝛeſentē di Collecta. em honoꝛabilē nobis in beati iohānis baptiſte natiuitate feciſti. da populis tuis ſpiritualium graciā gaudioꝝ. ⁊ oīm fideliū mētes dirige in viam ſalutis eterne. Per dominū noſtꝝ.

Lectio yſaie pꝛophete. xlix.

Hec dicit domin⁹ deus. Audite inſule: ⁊ attendite populi de longe. Domin⁹ ab vtero vocauit me. de ventre matris mee recoꝛdatus eſt nomis mei Et poſuit

os meũ quaſi gladium acutũ. In vmbra manus ſue protexit me. et poſuit me ſicut ſagittã electã. In pharetra ſua abſcondit me et dixit michi. ſeruus meus es tu iſrahel: quia in te gloriabor. Et nunc hec dicit domin⁹: formãs me ex vtero ſeruũ ſibi. Dedi te in lucẽ gencium. vt ſis ſalus mea vſq; ad extremũ terre. Reges videbũt ꝛ conſurgent principes et adorabũt dominũ deũ tuũ. ꝛ ſanctũ iſrahel: q elegit te. Gradu.

Priuſq; te formarẽ in vtero noui te et anteq; exires de vẽtre ſanctificaui te. ṽ. Miſit domin⁹ manũ ſuam et tetigit os meũ et dixit michi. Alla. ṽ. Juſtus germinabit ſicut liliũ et florebit in eternũ ante dñm. Sequẽcia.

Sancti baptiſte chriſti p̃conis Solẽpnia celebrãtes moribus ipſũ ſequamur. Ut ad vitã quã predixit aſſeclas ſuos pducat Deuoti te ſanctiſſime hoim amice ihu chriſti flagitam⁹ vt gaudia pcipiam⁹. A parenſq; zacharie gabriel repromiſit q tuã celebrarent obſequijs natiuitatẽ. Ut p hec feſta eterna gaudia adipiſcamur. Qua ſancti dei ſacris delicijs leti ꝯgaudẽt. Tu qui pparas fideliũ corda. Ne qd deuiũ vl' lubricũ deus in eis inueniat. Te depoſcimus vt crimina noſtra ꝛ facinora ꝯtinua prece ſtudeas abſoluere Placatus vt ipſe ſuos ſemper iuiſere fideles. Et mãſionem in eis facere digneť. Et agni vellere quẽ tuo digito mũdi mõſtraueras tollere crimina nos velit induere. Ut ipſum mereamur ãgelis aſſocij. In alba veſte ſequi p portã clariſſimã. Amice chriſti iohannes. Scdm lucam. primo.

In illo tpe. Eliʒabet ipletũ eſt tẽpus pariendi: ꝛ pepit filiũ Et audierũt vicini ꝛ cognati eius quia magnificauit dñs miſericordiam ſuã cum illa: ꝛ cõgratulabãtur ei. Et factũ eſt in die octauo venerũt circũcidere puer. Et vocabant eũ nomie patris ſui zachariam. Et reſpõdens mater ei⁹: dixit Nequaq;. ſed vocabiť iohãnes. Et dixerunt ad illam Quia nemo eſt in cognacione tua. qui voceť h nomine Innuebãt aũt patri ei⁹: quẽ vellet vocari eũ. Et poſtulans pugillarem: ſcripſit dicẽs. Johãnes eſt nomen eius. Et mirati ſũt vniuerſi. Apertũ eſt aũt illico os eius et lingua eius: ꝛ loquebať benedicens deum. Et factus ẽ timor ſup oẽs vicinos eor: ꝛ ſup omia montana iudee diuulgabãtur omnia verba hec. Et poſuerũt omes qui audierant in corde ſuo dicentes. Quiſputas puer iſte erit? Etenĩ manus domini: erat cum illo. Et

zacharias paṫ eiꝰ implet' ē ſpūſcō
et ꝓphetauit dicens. Bñdictꝰ dñs
deus iſrahel: qꝛ viſitauit ⁊ fecit re
dēpciōnē plebis ſue. Rō dī: O re
do. Offer. Iuſtus vt palma flo
rebit ſic̄ cedꝛus q̄ in libano ē mul/
tiplicabitur. Secreta.
Tua dñe mūeribꝰ altaria cumu
lamꝰ illius ꝑ hec opē nobis adeſſe
poſcentes. natiuitatē q̄ꝗ honoꝛe
debito celebꝛātes. q̄ ſaluatoꝛē mū
di ⁊ cecinit affuturꝫ ⁊ adeſſe mon/
ſtrauit. Dñm noſtꝝ. Cō. Tu pu
er ꝓpheta altiſſimi vocaberis pꝛei
bis ei añ faciē dñi parare vias eiꝰ
Sumat eccleſia tua Cōplenda
deus beati iohis baptiſte genera
cione leticiā. ꝑ quē ſue regeneraci
onis ꝯgnouit auctoꝛē. Dñm nr̄m

## Johannis et Pauli.

Multe tribulaciones iuſtoꝝ ⁊
de hiis oibus liberauit eos
dñs. dñs cuſtodit oia oſſa eoꝝ vnū
ex hiis nō contereṫ. Ps. Bñdicā
dominū in omi tēpoꝛe ſemꝑ laus
eius in oꝛe meo. Collecta.
Queſumꝰ omīpotēs deus: vt
nos geminata leticia hodi/
erne feſtiuitatꝭ excipiat que de be/
atoꝝ iohānis et pauli gloꝛificacio
ne pꝛocedit: quos eadē fides ⁊ paſ
ſio vere fecit eſſe germanos. P.
Epiſtola. Hij ſunt viri miſericoꝛ.
cviij. Grad. Ecce q̄ꝫ bonū et q̄ꝫ io
cūdum habitare fratres in vnū.
V. Sicut vngentum in capite qđ
deſcendit in barbam barbā aarō.
V. Mandauit dominꝰ benedictio
nē et vitam vſqꝫ in ſeculū. Alla
V. Te martyꝝ candidatus laudat
exercitus domine. Euangeliū.
Attendite a fermēto. cviij. Off.
Gloꝛiabūt in te oēs q̄ diligūt no
mē tuū qm̄ tu dñe bñdices iuſtis
domine vt ſcuto bone voluntatis
tue coꝛonaſti eos. Secreta.
Hoſtias tibi dñe ſanctoꝝ marty
rū tuoꝝ iohānis et pauli dicatas
meritis benignus aſſume. ⁊ ad ꝑ
petuū nobis tribue pꝛouenire ſũ
ſidiū. P. Cō. Et ſi coꝛam homi/
nibus toꝛmenta paſſi ſunt deꝰ tēp
tauit eos tanq̄ꝫ auꝝ in foꝛnace ꝓ
bauit eos et ſicut holocauſta acce
pit eos. Complenda.
Queſumꝰ dñe ſanctoꝝ tuoꝛū io/
hannis et pauli ſolēpnia celebꝛā/
tes ſacramēta celeſtia. pꝛeſta q̄s:
vt qđ tēpoꝛaliter gerimus eṫnis
gaudijs ꝯſequamur. Per dñm.

## In vigilia Petri et Pauli.

Dixit dominꝰ petro cum eēs
iunioꝛ cingebas te et ambulabas
vbi volebas cū autē ſenueris ex
tendes manus tuas et alius te ci
get et ducet quo tu non vis hoc āt
dixit ſignificās qua moꝛte clarifi/
caturus eſſet deū. Ps. Celi enar
rant gloꝛiam dei ⁊ opera manuū
eius annūciat firmamētum.

Presta quesum⁹ Collecta. omīpotēs de⁹.vt nullis nos pmittas pturbacionib⁹ cōcuti: q̄s in apoſtolice ↄfeſſionis petra ſoli daſti. Per. Alia Collecta.

Deus qui beatū leonē pontifi cem ſanctoꝝ tuoꝝ merit⁹ coe quaſti. cōcede ꝓpici⁹: vt q̄ ↄmemo/ racionis ei⁹ feſta ꝑcolim⁹. vite q̄q; imitemur exempla. Per.

Lectio actuū apoſtoloꝛum. iij.

In diebꝰ illis. Petrꝰ ⁊ iohan/ nes aſcendebant in tēplū ad hoꝛā oꝛacionis nonā. Et quidam vir q̄ erat claudus ex vtero matr⁹ ſue baiulabat: quē ponebāt coti/ die ad poꝛtā templi q̄ dr̄ ſpecioſa. vt peteret elemoſynā ab introeū tibus in tēplū. Is cū videret petꝛ et iohannē incipiētes introire in templū: rogabat vt elemoſynam acciperet. Intuēs aūt in eū petr⁹ cū iohāne dixit. Reſpice i nos. At il le intēdebat in eos: ſperans ſe ali quid acceptuꝝ ab eis. Petrus aūt dixit. Argentū ⁊ auꝝ nō eſt michi: qd̄ aūt habeo hoc tibi do. In noīe Jheſu chꝛiſti nazareni: ſurge ⁊ am bula Et apꝓrehēſa manu eius dex tera alleuauit eū Et ptin⁹ ↄſolida te ſūt baſes eius ⁊ plāte: ⁊ exiliēs ſtetit ⁊ ābulabat. Et intrauit cū il lis in templū: ābulans et exiliēs ⁊ laudans deū. Et vidit eū oīs ꝑpl's ambulātē ⁊ laudantē deū Cognoſ cebāt aūt illū: qm̄ ipſe erat qui ad elemoſynā ſedebat ad ſpecioſam poꝛtā templi. Et repleti ſūt omēs ſtupoꝛe et extaſi: in eo qd̄ ↄtigerat illi. Grad. In oēm terrā exiuit ſon⁹ eoꝝ et in fines oꝛbis terre ver ba eoꝝ. ℣. Celi enarrāt gloꝛiā dei et opa manuū eius annūciat fir/ mamentū. Si fuerit dn̄ica dicit Alla. ℣. Per man⁹ aūt apſoꝝ fie bant ſigna ⁊ ꝓdigia multa i plebe Cū Sequēcia. Clare ſcōꝝ. cij.

Secūdum Johānem. vltimo.

In ill. t. Dixit iheſus petro Sy mon iohānis: diligis me pl⁹ hijs? Dicit ei. Eciā dn̄e: tu ſcis q̄a amo te. Dicit ei. Paſce agnos me os. Dicit ei iterꝝ. Symon iohānis amas me? Ait illi. Eciam domine tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſ/ ce agnos meos. Dicit ei tercio Sy mon iohānis amas me. Cōtriſta/ tus ē petr⁹ q̄a dixit ei tercio amas me: et dicit ei. Domine tu omnia ſcis: tu ſcis q̄a amo te. Dicit ei Paſ ce oues meas Amē amen dico tibi cū eſſes iunioꝛ cingebas te ⁊ ābu/ labas vbi volebas. Cum autem ſenueris extendes manus tuas: et alius te cinget et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit: ſignifi/ cans qua moꝛte clarificaturus eſ ſet deum. Offer.

Michi autem nimis honoꝛificati ſunt amici tui deus nimis confoꝛ/

tatus ē ꝓncipatus eoꝝ. Secreta.
M unus populi tui dñe q̄s apl'ica
intceſſione ſanctifica. noſq; a pec/
catoꝝ nr̄oꝝ maculis emūda. Per.
A nnue nobis    Alia Secreta.
dñe ut intcedēte btō leone hec no/
bis ꝓſit oblacio: quā imolādo toci
us mūdi tribuiſti relaxari delicta
Per. Prefacio cotidiana.    Cō.
S ymō iohānis diligis me plus
hijs dñe tu oīa noſti. tu ſcis domīe
quia amo te.    Cōplenda.
Q uos celeſti dñe alimēto ſaciaſti
apoſtolicis intceſſionib9 ab oī ad/
uerſitate cuſtodi. Per.    Alia.
D eus q̄ aīe famuli tui leonis. et/
ne beatitudīs p̄mia ꝯtuliſti. conce
de ꝓpicius: ut q̄ peccatoꝝ nr̄oꝝ pō/
dere p̄mimur: eius apud te preci/
bus ſubleuemur. Per.

In die ſancto. Introitus.

N unc ſcio vere quia miſit
dñs angelū ſuū ⁊ eripu/
it me de manu herodis.
et de omni expectacione plebis iu
deoꝝ. Ps. Dñe ꝓbaſti me et cog/
nouiſti me tu cognouiſti ſeſſionē
meam.    Collecta.
D eus q̄ hodiernā diē apoſto/
loꝝ tuoꝝ petri ⁊ pauli mar/
tyrio ꝯſecraſti. da eccleſie tue eorū
in oībus ſeq̄ p̄ceptū. p quos religi
onis ſumpſit exordiū. Per.
Lectio actuū apoſtoloꝝ. xij.
I N dieb9 illis. Miſit herodes
rex man9: ut affligeret quoſdā de
eccleſia. Occidit āt iacobū. fratrē
iohānis gladio. Vidēs aūt q̄a pla
ceret iudeis: appoſuit apprehēnde
re ⁊ petꝝ. Erāt aūt dies azymoꝝ.
Quē cū apprehēdiſſet miſit in car/
cerē: tradenſq; q̄tuor q̄ternionib9
militū ad cuſtodiendū. volēs poſt
paſcha ꝑducere eū populo. Et pe
trus q̄dē ſeruabat in carcere. Ora
cio aūt fiebat ſine itermiſſione ab
eccleſia ad deū ꝓ eo. Cū aūt ꝑduc/
tur9 eū eēt herodes: in ipſa nocte
erat petrus dormiēs int duos mi
lites. vinctus cathenis duab9. Et
cuſtodes aū hoſtiū: cuſtodiebant
carcerē. Et ecce āgelus dñi aſtitit:
et lumē refulſit in habitaculo. P/
cuſſoq; latere petri: excitauit eū di
cens. Surge velociter. Et ceciderūt
cathene: de manib9 eius. Dixit āt
angelus ad eū. Precingere: ⁊ cal/
cea te caligas tuas. Et fecit ſic. Et
dixit illi. Circūda tibi veſtimentū
tuū: et ſequere me. Et exiēs ſeq̄ba
tur eū: ⁊ neſciebat q̄a veꝝ ē. quod
fiebat p angelū. Eſtimabat aūt ſe
viſum videre. Trāſeūtes āt p̄mā
et ſecūdam cuſtodiā: venerunt ad
portā ferreā q̄ ducit ad ciuitatē. q̄
vltro apta ē eis. Et exeūtes ꝓceſſe
rūt vicū vnū ⁊ ꝯtinuo diſceſſit an
gelus ab eo Et petrus ad ſe reuer
ſus dixit Nūc ſcio vere. q̄a miſit do
min9 angelū ſuū: ⁊ eripuit me de

manu herodis: ⁊ de oi expectacio
ne plebis iudeoꝝ. Grad.
Cōſtitues eos pncipes ſup oēm
terrā. memores erūt nois tui dñe
℣. Pro patrib⁹ tuis nati ſūt tibi fi
lij ꝓpterea populi cōfitebunť tibi.
Alla. ℣. Tu es petr⁹ ⁊ ſup hanc
petrā edificabo eccleſiā meā. ℣.
Beatus es ſymō petre. qa caro et
ſanguis nō reuelauit tibi. ſed pať
meus q eſt in celis. Sequencia
Petre ſumme chriſti paſtor et
paule gēciū doctor. Eccleſi
am veſtris doctrinis illuminatā.
Per circulū terre pcatus adiu/
uet veſter. Nā dñs petre celoꝝ ti
bi claues dono dedit. Armigeꝝ
beniamin chriſtus te ſcit ſuū vas
electū. Mare planta te petre chri
ſtus ↄculcare tue dedit charitati.
Umbrā tui corpis infirmis debi
libuſqꝫ fecit medicinā. Doctiloqꝫs
phyloſophos te paule chriſt⁹ dat
vincere ſua voce. Multiplices vi
ctorias tu paule chriſto p pplos ac/
quiſiſti. Poſtremo victis oībus
barbaris Ad arcē ſūmi pgit cul
minis. Germanos diſcordes ſub
iugo chriſti pacatos iam coacturi
Ibi neronis feritas pncipis apo
ſtoloꝝ ſāgs plurimis victores di/
uerſe te petre et paule addixerat
pene mortis. Te crux aſſociat te
vero gladius cruētus mittit xpo.
Euangeliū. Uenit iheſus i ptes
ceſaree. cxlix. Off. Conſtitues
eos pncipes ſup oēm terram me/
mores erūt nois tui in oīi proge
nie et generacione. Secreta.
Hoſtias dñe quas noī tuo ſacrā
das deferim⁹. aplica pſequať orō
p quā nos expiari tribuas ⁊ defen
di. Per. Cō. Tu es petr⁹ et ſup
hāc petrā edificabo eccleſiā meā.
Quos celeſti dñe ali Cōplenda.
mento ſaciaſti. aplicis interceſſioni
bus ab oī aduerſitate cuſtodi. P.
In ↄmemoracione ſancti pauli.
Scio cui credidi et cert⁹ ſū qa
potēs ē depoſitū meū ſerua
re in illū diē. Ps. Dñe pbaſti me
et ↄgnouiſti me tu ↄgnouiſti ſeſſi
onem meam. Collecta.
Deus q multitudinē gēciū bti
pauli apli tui pdicacione do
cuiſti. da nobis qs: vt cuius nata/
licia colim⁹. eius apud te patroci/
nia ſenciam⁹. P. Alia Coll. de ſcō
petro. De⁹ q beato petro. cxviij.
Fratres: Notū Ad Galathas. i.
vobis facio euāgeliū qd euā
gelizatū ē a me: qa non ē ſcdm ho/
minē. Neqꝫ eīm ego ab hoie accepi
illud neqꝫ didici: ſed p reuelacionē
iheſu chriſti. Audiſtis eīm ↄuerſa/
cionē meā aliqn in iudaiſmo: qm
ſupra modū pſequebar eccleſiam
dei. ⁊ expugnabā illā. Et pficiebā
in iudaiſmo ſupra multos coeta/
neos meos in genere meo: habū/

danciꝰ emulator exiſtēs paternaꝝ
meaꝝ tradicionū. Cū āt placuit ei
q̄ me ſegregauit ex vtero matris
mee: ⁊ vocauit ꝑ grām ſuā vt re/
uelaret filiū ſuū in me. vt euāgeli
zarē illū in gētibꝰ: ꝯtinuo nō acq̄
ui carni ⁊ ſāguini. neq̄ iheroſoly
mā veni ad anteceſſores meos apo/
ſtolos. ſed abij in arabiā. ⁊ iteꝝ re
uerſus ſū damaſcū. Deinde pꝰ an
nos tres veni iheroſolymā vide/
re petꝝ: ⁊ manſi apud eū diebꝰ q̄n
deci. Aliū āt apl'oꝝ vidi nemīnē. ni
ſi iacobū fratrē dn̄i Que āt ſcribo
vob: ecce corā deo q̄a nō mencior.
Deinde veni in ptes ſyrie ⁊ cilicie
Erā aūt ignotꝰ facie eccleſie iudee
q̄ erat in chriſto. Tantū āt auditū
habebāt q̄m q̄ pſeq̄bat nos aliq̄n.
nūc euangelizat fidem quā aliq̄n
expugnabat. Et i me clarificabāt
dn̄m ihm xp̄m Gra. Qui opatꝰ
petro in apl'atu opatꝰ eſt et michi
inter gētes ⁊ ꝯgnouerunt graciā
dei q̄ data eſt michi. ṽ. Gracia dei
in me vacua nō fuit ſed grā eiꝰ ſp
in me manet A lła ṽ. Tu es vas
electionis ſancte paule apl'e gen-
ciū doctor pro oibus nobis ora ad
deū qui te elegit. Euāgeliū. Ec
ce nos reliq̄mus oīa. cxluij. Off.
Michi āt nimis honorificati ſunt
amici tui deꝰ nimis ꝯfortatꝰ eſt p̄n
cipatus eorum. Secreta.
Eccleſie tue q̄s domine preces et
hoſtias apl'ica ꝯmendet orō: vt q̄d
ꝓ illius gloria celebramꝰ nob ꝓſīt
ad veniā. Per Cō. Amē dico vo
bis q' vos qui reliq̄ſtis oīa ⁊ ſecu
ti eſtis me centuplū accipietis ⁊ vi/
tā eternā poſſidebitis. Cōplēda.
Perceptis dn̄e ſacramētis bea-
to paulo apl'o tuo interueniēte dep̄
camur: vt q̄ pro eis celebrata ſunt
gloria nobis ꝓficiāt ad medelā. P
In craſtino ꝯmemoracionis ſācti
pauli. De apl'is petro ⁊ paulo In.
Michi āt nimis honorati ſunt
amici tui deꝰ nimis ꝯfortatꝰ
eſt p̄ncipatꝰ eoꝝ. Ps. Dn̄e ꝓbaſti
me et ꝯgnouiſti me tu cognouiſti
ſeſſionē meā. Coll. ⁊ Secre. ⁊ Cō/
plen. vts. in vigilia petri et pauli.
q̄ eciā ſuffragāt ꝑ octauā. Epl'a.
Iā nō eſtis. cij. Grad. Nimis
honorati ſunt amici tui deꝰ nimis
cōfortatꝰ eſt p̄ncipatꝰ eoꝝ. ṽ. Di/
numerabo eos ⁊ ſup arenā mul/
tiplicabūtur. A lła. ṽ. P manꝰ
aūt apl'oꝝ fiebāt ſigna ⁊ prodigia
multa in plebe. Sequēcia. Po/
ſtremo. vts. in ſequencia petri et
pauli. Si fuerit dn̄ica tunc dr tota
ſequē. Euāgeliū. Hoc ē pre. cij
Offer. Michi āt nimis honorifi/
cati ſunt amici tui deus nimis cō/
fortatus eſt p̄ncipatꝰ eoꝝ. Prefa
cio de apl'is. Cō. Vos q̄ ſecuti
eſtis me ſedebitis ſup ſedes iudicā/
tes duodecim tribus iſrl' dr dn̄s.

In viſitacione btē Marie virgis.

Gaudeam⁹ oēs in dn̄o diē feſtū celebrātes in honore marie virginis de cuius viſitacione gaudent angeli et collaudāt filiū dei Ps̄. Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi. Collecta.

Deus q̄ nos p̄ntē feſtiuitatē i ihesu xp̄i filij tui ꝛ btē marie ſꝑ virgis mr̄is et⁹ laudib⁹ venerari voluiſti. p̄ſta q̄s: vt q̄ eiuſdē virginis hūilitatis ꝛ gaudioꝝ q̄bus elyzabeth viſitauit ſolēpnia celebram⁹. in eoꝝ memoria ꝛ gaudijs iugiter maneam⁹. P eūdem.

Eodē die Proceſſi ꝛ Marciniani.

Deus q̄ nos ſcōꝝ Collecta. tuoꝝ ꝓceſſi ꝛ martiniani cōfeſſionib⁹ glorioſis circūdas et ꝓtegis: da nobis et eoꝝ imitacione ꝓficere ꝛ inceſſione gaudere. P.

Lectio libri Sapiēcie. Cāticoꝝ. ij.

Ecce iſte venit ſaliēs in montibus: tranſiliēs colles. Silis eſt dilect⁹ meus capree. hynnuloqꝫ ceruoꝝ. En ipſe ſtat p⁹ parietē nr̄m: reſpiciēs ꝑ feneſtras. ꝓſpiciens ꝑ cācellos. En dilect⁹ meus loquit̄ michi. Surge propera amica mea: colūba mea formoſa mea et veni. Jā eñ hyems tranſijt. imber abijt ꝛ receſſit. flores apparuerūt i terra nr̄a. tp̄s putacionis aduenit. Vox turturis audita eſt in terra nr̄a. ficus ꝓtulit groſſos ſuos. vinee florentes dederūt odorē ſuū. ſurge ꝓpera amica mea ſpecioſa mea et veni. colūba mea in foraminib⁹ petre in cauernis macerie. Oſtēde michi faciē tuā: ſonet vox tua in aurib⁹ meis Vox ei tua dulcis: ꝛ facies tua decora. Gra.

Bn̄dicta ꝛ venerabilis es virgo maria q̄ ſine tactu pudoris inuenta es mat̄ ſaluatoris v. Virgo dei genitrix quē tot⁹ nō capit orbis in tua ſe clauſit viſcera fact⁹ homo. Alla. v. Sācta dei genitrix vḡo ſemꝑ maria inter̄cede ꝓ nob ad dominū ihesum chriſtū. Sequēcia.

Aue verbi dei parēs virginū hūilitas. Aue omi neuo carens humilis virginitas. Gaude que ſic grauidaris nec grauar⁹ filio Gaude que ſic oneraris onere gratiſſimo Salue ieſſe ſtirpe orta virgula fructifera. Salue clauſa tēpli porta ſoli deo peruia. Plaude vell⁹ gedeonis rore madens pneumatis. Plaude pellis ſalomonis pulchrior pre ceteris. Vale iacob micans ſtella et illuſtrans maria. Vale ꝯſignata cella rub⁹ in vi flammea Euge ſole qd̄ amicta ſolē gignis ſtellula Euge qd̄ ſis preelecta ſchala dei fulgida. Pange aurora ꝯſurgēs luce noui ſyderis. Pāge archa trina ferēs chariſmata miſer⁹ Spa

magnificat tua ihm̄ chriſtum aia
Epa tecū vt laudem⁹ ora dulcis
maria. Euāgeliū. Exurgēs ma
ria abijt in mō. iiij. Offer. Re
cordare virgo mat̄ dū ſteteris ī cō
ſpectu dei vt loquar̄ ꝓ nob̄ bona
et vt auertas indignacionē ſuam
a nobis. Secreta.
O ōps ſempiterne de⁹ q̄ curā de omī
bus in te ꝯfitentib⁹ ſꝑ habes. ꝑſta
qm̄s: vt ꝑ oblacionē quā tibi offe/
rim⁹. viſitacionē ſpiritualē beate
marie virgis ī nr̄is neceſſitatib⁹
ſenciamus. Per. Alia.
Suſcipe dn̄e p̄ces ⁊ mūera: q̄ vt
tuo ſint digna ꝯſpectui. ſcōꝝ tuoꝝ
q̄s precib⁹ adiuuemur. P. Prefa
cio de dn̄a. Cō. Aue regia celoꝝ
mater regis āgeloꝝ o maria flos
virginū velut roſa vel liliū funde
p̄ces ad filiū ꝓ ſalute fideliū.
O ōps ſempiterne de⁹ q̄ Cōplēda
cōmemoracionē viſitaciōis beate
marie mr̄is dei fieri voluiſti. ꝑſta
q̄s: vt ꝑ ſacrificiū qd̄ ſūpſimus ab
ei⁹ viſitacionis gr̄a nullaten⁹ exci
Corpis ſacri ⁊ Alia. (dam⁹. P.
p̄cioſi ſanguis repleti libamie q̄s
dn̄e de⁹ nr̄: vt intercedētib⁹ ſcīs tuis
ꝓceſſo ⁊ martiniano qd̄ pia deuo/
tione gerim⁹ certa redēpcione ca
piamus. Per dominū.

Vdalrici epiſcopi et confeſſoris.

Statuit ei dn̄s teſtamētū pa
cis et p̄ncipē fecit eū vt ſit il/
li ſacerdocij dignitas ī eternū. Ps.
Miſericordias dn̄i ī eternū cātabo
Omnipotēs ſempi Collecta.
terne de⁹ q̄ nos ānua recur
ſione depoſicionis ſcī vdalrici con
feſſoris tui atq; pōtificis letificas.
cōcede ꝓpicius: vt ei⁹ ſuffragātib⁹
meritis ab iminētib⁹ pctōꝝ nr̄oꝝ
periculis liberemur. ⁊ eternis gau
dijs ꝑfrui mereamur. P. Epla
Iuſtū deduxit dn̄s. xv. Grad.
Ecce ſacerdos magn⁹ q̄ in dieb⁹
ſuis placuit deo. v. Nō eſt inuen/
tus ſilis illi q̄ ꝯſeruaret legē excel
ſi. Alla. vſ. Iſte ē qui ante deū
magnas virtutes opat⁹ eſt et ois
terra doctrina ei⁹ repleta eſt.
Euāgeliū. Sint lūbi veſtri. xxi.
Offer. Veritas mea ⁊ miſericor
dia mea cū ipſo ⁊ in noīe meo exal
tabit̄ cornu eius. Secreta.
Hec munera qm̄s clementer ſuſ
cipe et intercedēte beato vdalrico
confeſſore tuo atq; pontifice ſalu/
taria nobis eſſe concede. P. Cō.
Beat⁹ ſeru⁹ quē cū venerit dn̄s ī
uenerit vigilantē amen dico vob̄
ſuꝑ oia bona ſua ꝯſtituet eum.
Guſtu ſalutaris Cōplenda.
hoſtie recreati oīpotenciā tuā do/
mīe ſuppliciter exoram⁹: vt inter/
ceſſionib⁹ ſancti vdalrici confeſſo
ris tui atq; pontificis nos interi⁹
exteriuſq; ab omni aduerſitate cu
ſtodi. Per dominū.

In octaua petri et pauli apl'oꝝ.

Sapiētiā ſanctoꝝ narrāt ppl'i et laudē eoꝝ nūciat eccl'ia noīa āt eoꝝ viuēt in ſeculū ſeculi. Ps. Exultate iuſti i dn̄o rectos decet collaudatio. Collecta.

Deus cui⁹ dextera beatū petꝝ apoſtolū ambulantē in fluctib⁹ ne mergeret erexit. ⁊ coapl'm ei⁹ paulū tercio naufragātē de ꝓfūdo pelagi liberauit: exaudi nos ꝓpicius ⁊ ꝯcede. vt āboꝝ meritis eternitatis gloriā ꝯſeq̄mur. Per.

Epl'a. Hij ſūt viri. cutj. Grad. Iuſtoꝝ aīe in manu dei ſūt et nō tāget illos tormētum malicie. v̄. Viſi ſūt oculis inſipienciū mori illi āt ſūt in pace. Alla. v̄. Sācti tui dn̄e bn̄dicēt te gloriā regni tui dicent. Scd'm Matheū. xiiij.

In il. te. Iuſſit ih̄s diſcipulos ſuos aſcēdere in nauiculā. ⁊ p̄cedere eū trās fretū: donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba: aſcendit in montē ſol⁹ orare. Veſpe aūt facto: ſolus erat ibi. Nauicula aūt in medio mari iactabat̄ fluctibus. Erat em̄ ꝯtrari⁹ ventus. Quarta āt vigilia noctis: veīt ad eos ambulās ſupra mare Et vidētes eū ſupra mare ābulantē: turbati ſūt dicētes. q̄a fantaſma ē Et pre timore clamauerūt Statimq; ih̄s locut⁹ eſt eis dicēs. Habete fiduciā. Ego ſū: nolite timere. Reſpōdens āt petr⁹ dixit Dn̄e: ſi tu es iube me venire ad te ſup aq̄s. At ipſe ait. Veni. Et deſcēdens petr⁹ de nauicula ābulabat ſup mare. vt veniret ad ih̄m. Vidēs āt vētū validū: timuit. Et cū cepiſſet mergi: clamauit dicēs. Dn̄e ſaluū me fac. Et ꝯtinuo ih̄s extēdēs manū apprehēdit eū: ⁊ ait illi. Modice fidei q̄re dubitaſti? Et cū aſcēdiſſet i nauiculā: ceſſauit vētus. Qui āt in nauicula erāt venerūt ⁊ adorauerūt eū. dicētes. Vere fili⁹ dei es

Credo tenet. Offer. Exultabūt ſancti in gloria letabūtur i cubilib⁹ ſuis exultaciones dei in faucibus eorum. Secreta.

Oblaciones q̄s dn̄e nomini tuo dicate. meritis apl'oꝝ petri ⁊ pauli nobis efficiātur ſalutares. Per.

Cō. Iuſtoꝝ aīe in manu dei ſunt et nō tanget illos tormentū malicie viſi ſūt oculis inſipienciū mori illi aūt ſunt in pace. Cōplenda.

Beatoꝝ apl'oꝝ tuoꝝ petri ⁊ pauli dn̄e ſolēpnia deſiderata recēſentes. p̄ſta q̄s: vt eoꝝ ſupplicacōnib⁹ mūiamur quoꝝ regimur p̄ncipatu. P.

Agilolphi epi ⁊ martyris.

Letabit̄ iuſtus in dn̄o et ſperabit in eo et laudabūt oēs recti corde Ps. Exaudi de⁹ oracionem meā cū deprecor a timore inimici eripe animā meam.

Collecta.

Magnifici p̄ſulis tui agilolphi nobis q̄s dn̄e natalis votiu⁹ reſplēdeat: ⁊ quē pro eccleſia tua gladijs ipſoꝝ hodie veneramur i nocēter occiſū. eūdē apud tuā ineffabilē miſericordiā intuētorē ſenciam⁹ ꝓpiciū. P. Kpliani et ſociorū eius martyꝝ. Collecta.

Preſta q̄s o◌̄ps de⁹: vt beatorū martyrum tuorum kpliani ſociorumq; eius ſolempnia recenſentes. meritis ipſoꝝ ꝓtegamur ⁊ p̄cibus. P. Epl̄a. Beat⁹ vir q̄ in. xiiij. Grad. Poſuiſti dn̄e ſup caput ei⁹ coronā de lapide p̄cioſo. v. Deſideriū aīe ei⁹ tribuiſti ei ⁊ volūtate labioꝝ ei⁹ nō fraudaſti eū. Alla. v. Beat⁹ vir q̄ timet dn̄m in mādatis eius cupit nimis.

Sequēcia. Gaude felix. xxxvij. Euāgeliū. Niſi granū. xx. Off. Gloria ⁊ honore coronaſti eum ⁊ cōſtituiſti eū ſup opa manuū tuarum domine. Secreta.

Sacrificiū nr̄m dn̄e q̄s et ipſa tibi actione ſit placabile: et bt̄i agilolphi ſacerdotis ac martyris tui interceſſione ad nr̄e ſalutis augmētū fiat acceptabile. Per. Alia.

Reſpice dn̄e q̄s munera ꝓpl̄i tui ſcōꝝ martyꝝ tuoꝝ kpliani ⁊ ſociorū ei⁹ feſtiuitate votiua ⁊ tue teſtificacio veritat̄ nob̄ ꝓficiat ad ſalutē. P. Cō. Qui vult venire p⁹ me abneget ſemetipſū et tollat crucē ſuā ⁊ ſequatur me. Cōplēda.

Saciati ſum⁹ dn̄e mūerib⁹ ſacr̄: q̄ tāto nobis credim⁹ ꝓfutura. q̄to ſc̄is meritis bt̄i agilolphi intuemētib⁹ h̄ nos ꝑcepiſſe ꝯfidim⁹. P. Refecti dn̄e mūerib⁹ ſacr̄. Alia in ſc̄toꝝ celebritate martyꝝ q̄s: vt te ſemꝑ i eoꝝ ꝯmemoracione laudemus ⁊ tuā miſericordiā eiſdem patrocinātib⁹ ſemꝑ ꝯſeq̄mur. P.

Septē fratꝝ martyrum.

Laudate pueri dn̄m laudate nomē dn̄i q̄ habitare facit ſterilē i domo matrē filioꝝ letantē. Ps. Sit nomē dn̄i benedictū ex h̄ nūc et vſq; in ſeculum. Collecta.

Preſta q̄s o◌̄ps de⁹: vt q̄ glorioſos martyres ianuariū felicē philippū ſiluanū alexādꝝ vitalem atq; marcialē fortes i ſua confeſſione ꝯgnouim⁹: pios apud te in nr̄a interceſſione ſenciamus. P. Epl̄a Rememorami. xvi. Gra. Anima nr̄a ſicut paſſer erepta ē de laqueo venanciū v. Laqueus cōtritus ē ⁊ nos liberati ſum⁹ adiutoriū nr̄m in noīe dn̄i q̄ fecit celū ⁊ terrā. Alla. v. Te martyꝝ cādidatus laudat exercitus dn̄e.

IN i. t. loq̄nte Sꝫ Math. xij. Ihū ad turbas: ecce mat̄ ei⁹ ⁊ fr̄es ſtabāt foris q̄rentes loqui ei. Dixit aūt ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris ſtant querentes te. At ipſe reſpondens di/

centi ſibi. ait. Que ē mater mea: et q̄ ſūt frēs mei? Et extēdens ma/nū in diſcipulos ſuos: dixit. Ecce mater mea. ꝛ frēs mei. Quicūqꝫ eñ fecerit volūtatē prīs mei qui i celis ē: ipſe meꝰ frater ꝛ ſoror ꝛ mater ē. Off. Anima nr̄a ſic̄ paſ/ſer erepta ē de laqueo venāciū la/queus ꝯtritꝰ ē ꝛ nos liberati ſumꝰ

Sacrificijs p̄ntibꝰ q̄s Secreta. dn̄e intēde placatꝰ: ꝛ intercedentibꝰ ſcis tuis deuocioni nr̄e ꝓficiant ꝛ ſaluti. P Cō. Quicūqꝫ fecerit voluntatē prīs mei q̄ in celis eſt ipſe meus frater ſoror ꝛ matꝰ ē dt dn̄s.

Qm̄s ops deꝰ: vt inter Cōplēda. cedētibꝰ ſcis tuis illius ſalutaris capiamꝰ effectū. cuiꝰ ꝑ hec myſte/ria pignus accepimꝰ. P.

In trāſlacione ſci bn̄dicti abbatꝰ.

Os iuſti meditabit ſapienciā et lingua eiꝰ loq̄tur iudiciū lex dei eiꝰ in corde ipſiꝰ. Ps. Noli emulari in malignātibꝰ neqꝫ zelaueris facientes iniq̄tatē. Collecta

Intercesſio nos q̄s dn̄e beati bn̄dicti abbatis ꝯmendet: vt qd̄ nr̄is meritis nō valemꝰ. eiꝰ ꝓtocinio aſſeq̄mur. P. Epla Dedit dn̄s. ꝯ. Grad. Os iuſti meditabit ſapiēciā ꝛ lingua eius loquetur iudiciū. v. Lex dei eius in cor/de ipſius ꝛ nō ſupplātabunt greſ/ſus eius. Alla. v. Inueni da/uid ſeruū meū oleo ſcō meo vnxi eū. Euāgeliū. Vigilate et orate. xxix. Offer. Veritas mea ꝛ mi/ſericordia mea cū ipſo ꝛ in nomie meo exaltabit cornu eius. Secre.

Sacris altaribꝰ dn̄e hoſtias ſuppoſitas ſanctꝰ bn̄dictus q̄s in ſalutē nobis ꝑuenire depoſcat. Per Cō. Magna ē gloria eius in ſalutari tuo gloriā ꝛ magnū decorem impones ſup eū dn̄e. Cōplēda.

Protegat nos dn̄e cū tui ꝑcepcione ſacramēti beatꝰ benedictꝰ ab/bas ꝓ nobis intercedēdo: vt et ꝯuerſacionis eiꝰ experiamur inſignia. et interceſſionis ipſiꝰ ꝑcipiamꝰ ſuf/fragia. P. Felicis et Naboris martyrum.

Multe tribulaciones iuſtoꝝ et de hijs om̄ibus liberauit eos dn̄s. dn̄s cuſto/dit oīa oſſa eoꝝ vnū ex hijs nō conteretur. Ps. Benedicā dn̄m in oī tpe ſemꝑ laus eius in ore meo.

Queſumꝰ ops deus: Collec. vt nos geminata leticia hodierne feſtiuitatis excipiat. q̄ de beatoꝝ felicis ꝛ naboris glorificaciōe procedit: quos eadē fides ꝛ paſſio vere fecit eſſe germanos. Per.

Epla. Hij ſūt viri miſericor. cōm Gra. Iuſtoꝝ aie in manu dei ſūt et nō tāget illos tormētū malicie. v. Viſi ſūt oculis inſipienciū mo/ri illi āt ſūt in pace. Alla. v. Letami in dn̄o et exultate iuſti ꝛ glo/riamini omnes recti corde.

Sequẽcia. Gaude felix. cxxxvij.
Euãgeliũ. Attẽdite a fer. cviij.
Off. Letamini in dño et exultate
iuſti ⁊ gl'iamini omnes recti corde.
Hoſtias tibi dñe ſcõꝝ Secreta.
martyꝝ tuoꝝ felicis ⁊ naboris di/
catas meritis benignꝰ aſſume: et
ad ꝑpetuũ nobis tribue ꝓuenire
ſubſidiũ. P. Cõ. Ego vos elegi de
mũdo vt eatis et fructũ afferatis
et fructꝰ vr̃ maneat. Cõplẽda.
Sũpſimꝰ dñe ſcõꝝ tuoꝝ felicis et
naboris ſolẽpnia celebrãtes ſacra
mẽta celeſtia. pſta q̃s: vt qđ tpalit̃
gerimꝰ eꝛ̃nis gaudijs cõſeq̃mur.
Per. Margarete virginis.
Loquebar de teſtionijs tuis
in ꝯſpectu regũ ⁊ nõ ꝯfũde-
bar ⁊ meditabar in mãdatis tuis
q̃ dilexi nimis. Ps. Beati immacu
lati in via q̃ ambulãt in lege dñi.
Deus q̃ beatã mar Collecta.
garetã virginem hodierna
die ad celos ꝑ martyrij palmã ve/
nire feciſti: ꝯcede nobis q̃s. vt eiꝰ
exẽpla ſequẽtes ad te ꝑuenire me
reamur. P. Epla. Qui gloriat.
cxiij. Grad. Dilexiſti iuſticiã et
odiſti iniq̃tatẽ. v. Propterea vn/
xit te deus deꝰ tuus oleo leticie.
Alla. v. Spẽ tua ⁊ pulchritudĩe
tua intẽde ꝓſpere ꝓcede et regna.
Euãgeliũ. Simile ẽ regnũ celoꝝ
the. cxiij. Off. Diffuſa eſt gr̃a in
labijs tuis ꝓpterea benedixit te de

us in eternũ et in ſeculũ ſeculi.
Hec victima domĩe Secreta.
q̃s pro beate virginis tue mar/
garete martyrio oblata. ⁊ menci/
um nobis ſanctitatẽ ⁊ corpoꝝ ob/
tineat caſtitatẽ. P. Cõ. Sĩle eſt
regnũ celoꝝ hoĩ negociatori q̃ren
ti bonas margaritas inuẽta vna
precioſa margarita dedit oĩa ſua
et cõparauit eam. Cõplenda.
Huius domĩe ſacramẽti ꝑcepcõ
ne ⁊ beate margarete virgĩs tue
interceſſione. ⁊ tu in nobis manere
dignare. ⁊ nos ĩ te viciſſim mane/
re cõcede. P. In diuiſione apl'oꝝ
Michi aũt nimis honorati ſunt
amici tui deꝰ nimis ꝯforta/
tus ẽ ꝑncipatꝰ eoꝝ Ps. Dñe ꝓba
ſti me ⁊ cognouiſti me tu ꝯgnoui/
ſti ſeſſionẽ meam. Collecta.
Deus qui ꝑ apl'oꝝ tuoꝝ labia
in orbe terraꝝ diſſeminaſti
doctrine ſalutaris ſciẽciã. tribue
q̃s: vt eorũ p̃dicacionis nectare
fecũdati. regnũ qđ p̃dicauerũt me
reamur adipiſci. Per dñm.
Lectio actuũ apoſtolorum. v.
In diebꝰ illis. Surgẽs q̃dã in
cõcilio phariſeꝰ noĩe gamali
el. legiſdoctor honorabilis vniũſe
plebi. iuſſit foras ad breue hoĩes fi
eri. Dixitq; ad illos. Viri iſraheli/
te diſcedite ab hoĩbꝰ iſtis: ⁊ ſinite il
los. Q̃m ſi eſt ex hoĩbꝰ ꝯſiliũ h' aut
opus: diſſoluet. Si vero ex deo eſt

non poteritis diſſoluere illud: ne forte ꝛ deo repugnare inueniamĩ Cõſenſerũt ãt illi. Et ꝯuocãtes apoſtolos: ceſis denũciauerũt ne loquerẽtur in noĩe iheſu. et dimiſerũt eos. Et illi quidẽ ibãt gaudentes a ꝯſpectu cõcilij: qm̃ digni habiti ſũt pro noĩe iheſu contumeliã pati. Om̃i aũt die in tẽplo et circa domos: nõ ceſſabãt docẽtes ꝛ euãgelizãtes iheſũ chriſtũ. Grad.

Nimis honorati ſũt amici tui deus nimis ꝯfortat⁹ eſt ꝑncipat⁹ eorũ. ℣. Dinũerabo eos ꝛ ſup arenã multiplicabũtur. Alla. ℣. In oẽm terrã exiuit ſon⁹ eoꝝ et in fines orbis terre ṽba eoꝝ.

Sequencia.

Celi enarrãt gloriã dei filij verbi incarnati facti de terra celi. Nec em̃ gloria ſoli dño eſt congrua. Nomen eſt cuius magni conſilij angelus Iſtud conſilium lapſo homini auxiliũ eſt antiquũ et profundũ ꝛ veꝝ factum ſolis tãtum ſanctis cognitũ. Cum ãgelus iſte homo natus ex muliere ĩmortalẽ ex mortali de terra fecit celũ ex homine angelũ. Hic ẽ dominus exercituũ deus cuius ſunt angeli miſſi in terrã apl̄i Quib⁹ ſeipſum viuũ prebuit reſurgens in multis argumẽtis pacem victor mortis nũcians. Pax vobis ego ſum inquit nolite iam timere predicate verbũ dei creature om̃i coram regibus ꝛ ꝑncipibus. Sicut miſit me pat̃ et ego mitto vos in mũdum eſtote ergo prudẽtes ſicut ſerpẽtes eſtote vt colũbe ſimplices Hinc petrus romã apoſtolorum princeps adijt paulus greciam vbiqꝫ docens graciã ter quatuor inclyti proceres in plagis terre quatuor euangelizãtes trinũ ꝛ vnũ. Andreas iacob⁹ vterqꝫ philippus bartholome⁹ ſymon thadeus iohannes thomas et mathe⁹. Duodecim iudices non ab vno ſꝫ in vnũ diuiſũ per orbem diuiſos ĩ vnũ colligunt In omnẽ terram exiuit ſonus eoꝝ. Et ĩ fines orbis terre verba eoꝝ Quã ſpecioſi pedes euangelizanciũ bona predicãcium pacẽ. Sanguine chriſti redemptis ita dicẽcium ſyon regnabit de⁹ tuus. Qui ĩ verbo ſecula fecit qđ ꝓ nobis verbũ caro factũ eſt in fine ſeculoꝝ. Hoc verbũ qđ ꝑdicam⁹ chriſtũ crucifixũ q̃ viuit ꝛ regnat de⁹ in celis Hij ſũt celi in quib⁹ chriſte habitas in quoꝝ verbis tonas fulguras ningis roras grãm Hijs dixiſti rorate celi deſuꝑ ꝛ nubes pluãt iuſtũ aperiat̃ terra germinãs Germẽ iuſtũ ſuſcita t̃rã nr̃am quã aplicis verbis ſerẽs germiare facias. Quoꝝ verbis verbũ patris tenẽtis in paciẽcia fructum ferre fac nos tibi dñe.

Nūc celi quos magni ꝯſilij ange/
lus inhabitas quos nō ſeruos ſed
amicos appellas quib? oīa que au
diſti a patre notificas. In quoꝝ
diuiſione collectū gregem cuſtodi
as in diuiſū ⁊ in vīculo pacis vnū
vt in te vnū ſim? ſicut in p̄re tu es
vn? Miſerere nobis tu q̄ habitas
rex in celis. Scdm̄ Marcū. vlti.

In ił. t. D. i. d. ſ. Euntes in mū/
dū vniuerſū. p̄dicate euāge/
liū om̄i creature Qui crediderit ⁊
baptizatus fuerit. ſalu? erit. Qui
vero nō crediderit: ꝯdēpnabitur.
Signa aūt eos q̄ crediderit: hec ſe
quētur. In noīe meo demoīa eijci
ent: linguis loquētur nouis. ſer/
pentes tollēt. Et ſi mortiferꝫ q̄d bi/
berit: nō eos nocebit. Sup egros
manus iponēt: ⁊ bn̄ habebunt.
Offer. In oēm terrā exiuit ſon?
eoꝝ ⁊ in fines orbis terre v̇ba eoꝝ
Humani generis re/ Secreta.
ſtaurator oþs deus. annue q̄s p̄ci
bus nr̄is. vt eoꝝ ſuffragijs noſtꝝ
ſacrificiū tibi efficiat̄ acceptū: quo
rū doctrinis mūdū credim? eē ſal
uatū. P. Cō. Ego vos elegi de
mūdo vt eatis et fructū afferatis
et fruct? vr̄ maneat. Cōplenda.
Sacroſancta myſteria dn̄e bea/
toꝝ apl̄oꝝ tuoꝝ veneracionib? ce/
lebrata nobis auxilient̄. q̄ q̄ſi duo
denū ſpd? quadrifidi orbis clima/
ta a nocte pfidie illumiauerūt. et
eoꝝ q̄m̄s interuētu ſceleꝝ noſtroꝝ
enormitas deleatur. Per dn̄m.

Praxedis virginis. Introitus.

Loquebar de teſtionijs tuis
in ꝯſpectu regū ⁊ nō ꝯfūde-
bar ⁊ meditabar in mādatis tuis
q̄ dilexi nimis. Ps̄. Beati imacu
lati in via q̄ ambulāt in lege dn̄i.
Da nobis q̄s oþs de?: Collec.
vt q̄ beate praxedis v̇ginis
tue natalicia colim?. ⁊ ānua ſolēp
nitate letemur ⁊ tāte fidei ꝓficia/
mus exēplo. P. Epl̄a. Sapien/
cia laudabit. xxiij. Grad. Dile
xiſti iuſticiā et odiſti iniq̇tatē. v̇.
Propterea vnxit te deus de? tuus
oleo leticie. Alla v̇. Specie tua
et pulchritudie tua intēde ꝓſpere
ꝓcede et regna. Euāgeliū. Simile
eſt regnū celoꝝ the. xxiij. Off.
Diffuſa ē gr̄a in labijs tuis ꝓpte/
rea benedixit te de? ineternū et in
ſeculū ſeculi. Secreta.
Suſcipe dn̄e mun? oblatū ob ho
norē beate praxedis virginis tue:
et qd̄ nr̄is meritis aſſeq̄ non vale
mus. eius ſuffragātib? merit̄ lar
gire ꝓpicius. P. Cō. Simile eſt
regnū celoꝝ hoi negociatori q̄ren
ti bonas margaritas inuēta vna
precioſa margarita dedit oīa ſua
et cōparauit eam. Cōplēda.
Q m̄s dn̄e deus nr̄: vt interuētu
btē praxedis virgīs tue p ſacroſcā
myſteria q̄ ſumpſim?. ⁊ preſentis

vite ſubſidia capiam⁹ ꝛ future. P

Marie magdalene Introit⁹

Gaudeam⁹ oēs in dño diē feſtū celebrātes in honore marie magdalene de cuius ſolēpnitate gaudēt āgeli et collaudāt filiū dei. Ps. Eructauit coꝛ meū verbū bonū dico ego opera mea regi. Collecta.

Beate marie magdalene quesumus dñe meritis adiuuemur. cui⁹ pcibus exoꝛat⁹ q̄triduanū eius frēm moꝛtuū viuū ab iferis reſuſcitaſti. Q̄ viuis.

Lcō li. Sapiēcie. Cāticoꝛ. iiȷ. In lectulo meo p noctes q̄ſiui quē diligit aīa mea: q̄ſiui illū ꝛ nō inueni. Surgā ꝛ circuibo ciuitatē: p vicos ꝛ plateas querā quē diligit aīa mea. Queſiui illū ꝛ nō inueni. Inuenerūt me vigiles: q̄ cuſtodiūt ciuitatē. Num quē diligit aīa mea vidiſtis? Paululū cū pertranſiſſē eos: iueni quē diligit aīa mea. Tenui eū nec dimittā donec introducā illū in domū mrīs mee et in cubiculū genitricis mee.

Grad. Dilexiſti iuſticiā et odiſti iniquitatē. v. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie.

Alla. v. Maria hec eſt illa cui dimiſiſti multū domie ihesu chꝛiſte quia te dilexit vehemēter.

Sequencia. Laus tibi chꝛiſte q̄ es creatoꝛ et redēptoꝛ idem ꝛ ſaluatoꝛ. Celi terre maris angeloꝝ ꝛ hoim. Quē ſolum deū cōfitemur ꝛ hoiem. Qui peccatoꝛes veniſti vt ſaluos faceres. Sine peccato peccati aſſumens foꝛmulā. Quoꝝ de grege vt chananeā mariā viſitaſti magdalenam. Eadem mēſa verbi diuini illā micis hanc refouens poculis. In domo ſymonis lepꝛoſi cōuiuis accubās typicis. Murmurat phariſeus vbi ploꝛat femia criminis cōſocia. Peccatoꝛ contēpnit compeccātem peccati neſcius penitētem exaudis emūdas fedam adamas vt pulchꝛā facias. Pedes āplectitur dominicos lachꝛymis lauat tergit crinib⁹ lauanda tergēda vnguēto vnxit oculis circuit. Hec ſunt cōuiuia q̄ tibi placent o patris ſapiēcia. Natus de virgie q̄ nō dedignaris tāgi a peccatrice. A phariſeo es inuitatus marie ferculis ſaturat⁹. Multū dimittis multū amāti nec crimen poſtea repetēti. Demonijs eā ſeptē mūdas ſeptifoꝛmis ſpūs. E p moꝛtuis te reſurgētē das cūct; videre poꝛē. Hac xpe pſelitā ſignas eccleſiā quā ad filioꝝ mēſā vocas alienigenā. Quā inē ꝯuiuia leg; ꝛ grē ſpnit phariſei faſt⁹ lep̄ vexat hética. Qual' ſit tu ſcis tāgit te q̄ a peccatrix q; venie optatrix. Quidnā haber; egra ſi nō accepiſſ; ſi nō

medicus adeſſet Rex regū diues
in oēs nos ſalua peccatoꝝ tergēs
cūcta crimia ſcōꝝ ſpes et gloria.
Euāgeliū. Rogabat ihm quidā
phariſeus. R̸ feria. v.p⁹ dn̄icam
Judica.li. Credo dr. Offer.
Filie regū i honore tuo aſtitit re/
gina a dextris tuis i veſtitu deau/
rato circūdata varietate Secre.
Mūera nr̄a q̄s dn̄e btē marie ma
gdalene glorioſis meritis tibi red
dātur accepta.cui⁹ oblacionis ob
ſequiū vnigenit⁹ filius tu⁹ clemē
ter ſuſcepit ipenſū. Per eūdē. Cō.
Dico vobis gaudiū ē angelis dei
ſup vno pctōre penitēciā agente.
Sūpto dn̄e vnico ac Cōplēda.
ſingulari remedio corpe ſcilicet et
p̄cioſo ſāguine tuo: ab oib⁹ malis
btē marie magdalene patrocinio
exuamur. Q̄ vi. In trāſlacione
ſctōꝝ triū regū. Cant⁹ cū Ep̄la et
Euāge. vtē in epyphania dn̄i.xiij
Deus q̄ es regū oim Collecta
corona ⁊ ꝯfeſſoꝝ gloria an/
nue nobis btōꝝ magoꝝ tuoꝝ iaſ/
par balthaſar melchior pia apud
te expiri patrocinia: vt p tuā quā
in eoꝝ glorificam⁹ memoria mag
nificēciam. coronam vite diligen/
tibus te precipiam⁹ repromiſſam
Per dominū noſtꝝ.
Eodem die Tranſlacio ſanctorū
Felicis et Naboris Collecta.
Letetur eccleſia tua de⁹ bea/
torum martyꝝ tuoꝝ felicis et na/
boris confiſa ſuffragijs. atq̧ eorū
precibus glorioſis et deuota pma
neat et ſecura conſiſtat. Per.
Item Apollinaris. Collecta.
Deus qui nos beati appollina
ris martyris tui annua ſo/
lempnitate letificas. concede pi/
cius. vt cuius natalicia colim⁹. p
eius ad te exēpla gradiamur. P.
Alla. v. Vox exultacionis et ſa/
lutis in tabernaculis iuſtoꝝ.
Maieſtati ſacro Sequēcia.
ſancte militās cū triūphan
te iubilet eccleſia Sic verſet laus
in ore ne fraudet cor ſapore quo
deguſtet dulcia. Nonā parit vir
go prolē nouū monſtrat ſtella ſo/
lem currūt ad preſepia. Reges
magi ⁊ non vagi. ſed preſagi gau
dent agi ſtella luce preuia. Triū
regū trinū mun⁹ chriſtus hō deus
vnus trinus in ſubſtācia. De⁹ tri
nus in pſonis adorat trib⁹ donis
vnus in eſſencia. Myrrā ferunt
thus et aurum plus penſātes q̄
theſauꝝ typpum ſub quo feritas.
Tria dona tres figure rex in au/
ro deus thure in myrra mortali/
tas. Thuris odor deitatem auri
ſplendor dignitatē regalis poten
cie. Myrra caro verbo nupta per
qd̄ manet incorrupta caro carēs
carie Ab helena crux inuenta h̄
eadē poſt intēta ꝯgregādis regi/

bus. Reges olim pegrini or nāt urbem cōstātini allatis corporib⁹ Tande īde sūt translati ɔmendati ciuitati cui nomē ambrosia. Ter inuctos ter trāslatos dei nutu sibi datos colit hos coloīa. O rtus dedit occidenti ꝙ tres reges ter inuēti extolūt coloniā. Nunquā locum mutaturi nec ut olim reuersuri sūt p viā aliam. Volunt reges ꝓpter regē summi reg; seruent legē coloni colonie. Nos in fide sum⁹ riui hij sūt fontes primitiui genciū primicie. Tu nos ab hac chriſte valle: duc ad vitā recto calle p hoꝝ suffragia. Ubi patris vbi tui et amoris sacri frui mereamur gloria. Secreta.

Suscipe clemētiſſime de⁹ has oblaciones q̄s in tui veneracione et btōꝝ magoꝝ tuoꝝ iaspar balthasar melchior cōmemoracione tibi dño deo viuo ꝛ vero offerim⁹: vt p hec scā sacrificia ꝛ magoꝝ tuorum gloriosa suffragia ab oib⁹ inimicorū nr̄oꝝ insidijs nos liberes. et a cūctis hui⁹ mūdi piculis eripias ꝛ ad gaudia eterna pducas. Per.

Suscipe dñe mūera q̄ in Alia. eoꝝ tibi ɔmemoracione deferim⁹ quoꝝ nos ɔfidim⁹ patrocinio liberari. Per dominū. Alia.

Laudis tue dñe hostias īmolamus i tuoꝝ ɔmemoracione scōꝝ q̄bus ꝛ nos pñtib⁹ exui malis ɔfidimus ꝛ futuris. P. Prefacio cottidiana. Cō. Vidim⁹ stellā eius in oriente ꝛ venim⁹ cū munerib⁹ adorare eum. Complenda.

Beatoꝝ magoꝝ tuoꝝ iaspar balthasar melchior q̄s dñe itercessio gloriosa nos vbiq; ꝓtegat ꝛ te adiuuet: vt p hec scā que sūpsim⁹ sacramēta a pctōꝝ nr̄oꝝ vincul' nos absoluat. ꝛ ab oibus īimicis tueatur semp ꝛ muniat ꝛ ad tuā p̄senciā te donāte pducat. Per. Alia

Saciasti dñe famliā tuā cū mūeribus sacris: eoꝝ q̄s semp ītuencione nos refoue: quoꝝ memoriā celebramus. Per. Alia.

Refecti cibo potuq; celesti domine de⁹ noster te supplices exoram⁹ vt in cui⁹ hec ɔmemoracione pcepim⁹ ei⁹ muniamur ꝛ pcibus. P.

Jacobi apostoli. Introitus.

Michi āt nimis honorati sunt amici tui de⁹ nimis ɔfortat⁹ est p̄ncipat⁹ eoꝝ. Ps. Dñe ꝓbasti me et ɔgnouisti me tu cognouisti sessionē meā. Collecta.

Esto dñe plebi tue scificator et custos. vt apostoli tui iacobi munita p̄sidijs. ꝛ ɔuersaciōe tibi placeat ꝛ secura deseruiat. Per

Epla. Iam non estis ho. ch.

Grad. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis cōfortatus ē principatus eoꝝ. V. Dinumerabo eos et super arenam multipli

cabūtur. A lla. v̓. P manus āt
apl'oꝝ fiebāt ſigna ⁊ ꝓdigia mul/
ta i plebe. Euāgeliū. A ccessit ad
ihesū. xxi. Off. I n oēm trā exi
uit ſon⁹ eoꝝ ⁊ in fines orbis terre
verba eoꝝ. Secreta.
O blaciones ꝑpl'i tui dn̄e q̄s beati
apl'i tui iacobi paſſio beata ↄciliet
et que noſtris nō apta ſūt meritis
fiāt tibi placita ei⁹ intceſſione. P.
Cō. V os q̄ ſecuti eſtis me ſedebi
tis ſuꝑ ſedes iudicātes duodeci tri
bus iſrahel dr̄ dn̄s. Cōplenda.
Beati apl'i tui iacobi cuius hodie
feſtiuitate corꝑe ⁊ ſāguie tua nos
refeciſti q̄s dn̄e intceſſione nos ad
iuua. ꝓ cui⁹ ſolēpnitate ꝑcepim⁹
tua ſancta letātes. Qui viuis.

Anne matris Marie virgis Inf.
G Audeam⁹ oēs in dn̄o diē fe/
ſtū celebrātes in honore an/
ne matris marie de cui⁹ ſolēpnita
te gaudēt angeli ⁊ collaudāt filiū
dei. Ps. Eructauit cor meū ver/
bū bonū dico ego oꝑa mea regi.
D eus q̄ es oīm ſcō Collecta
rū corona beatiſſimā annā
ad eternā gloriā hodierna die vo/
catā pro nobis iugiter exorare cō/
cede: et per benedictū fructū ven/
tris ei⁹ virginē mariā ad coronā
immarceſſibilē peruenire. Per.
Epl'a. M ulierē fortē quis. xxiiij.
Grad. A udi filia et vide ⁊ incli
na aurem tuā quia cōcupiuit rex
ſpeciem tuā. v̓. Specie tua ⁊ pul
chritudine tua intēde proſpere ꝓ/
cede et regna. A lla. v̓. Dulcis
mater dulci nate dulcia prebēs v/
bera que ſola fuiſti digna genera
re reginā celoꝝ ⁊ hoim Sequen.
N ardus ſpirat in odorē et ſpi/
netū profert florē flori fruc/
tus dat honorē regis in accubitu.
Salus redit de iudea qua ſanat
idumea ex egypto fert trophea i/
ſrahel in exitu. H olofernem iu
dith ſtrauit. āna qū generauit na
tā que ſe preꝑauit deo habitacu/
lum Celi cohors ānam laudet nā
in celis anna gaudet et rogare be
ne audet natā et nepotulū. N ō
auertet aurem nata ſꝫ et matris
ad precata ihesus dona ꝓfert gra
ta vt de nobis cogitet. Ergo āna
nunc accede roga natā nec recede
donec nepos nos a ſede ſua ſācta
viſitet. Euāgeliū. L iber gene/
racionis. vi. Offer Recorda/
re āna mat' dū ſteteris in ↄſpectu
dei vt loq̄ris pro nobis bona et vt
auertas indignacionē ſuā a nob.
S anctifica q̄ms dn̄e Secreta.
munera oblata ⁊ p̄ſta: vt ad ſalu/
tem btē anne p̄caciones ꝓficiant
cui⁹ ſolēpnia celebram⁹. P. Pre
facio cotidiana. Cō. D ileriſti iu
ſticiā ⁊ odiſti iniq̄tatē ꝓpterea vn/
xit te de⁹ deus tuus. Complēda.
P reſta q̄s oīps de⁹: vt pign⁹ eter

ne redēpcionis qđ ſupſimꝰ. beata
anna intueniēte tpalis vite pbe/
at remedia ⁊ eterne. Per.
Chriſtoferi martyris. Introitus.
L Etabit' iuſtus i dño ⁊ ſpera/
bit in eo et laudabūtur oēs
recti corde Ps. Exaudi deꝰ oracio
nē meam cū deprecor a timore ini
mici eripe aīam meā. Collecta
V otiuos nos dñe q̄s bti chri/
ſtoferi martyris tui natal' ſp
excipiat: q̇ et iocūditatē nobis ſue
glorificaciōis infundat ⁊ tibi nos
reddat acceptos. P Epla. B eatꝰ
vir q̇ in. cīt. Gra. P oſuiſti do
mine ſup caput eiꝰ coronā de lapi
de pcioſo. v. Deſideriū aīe eiꝰ tri/
buiſti ei ⁊ volūtate labiorꝝ eiꝰ non
fraudaſti eū. A lla. v. Beatꝰ vir
q̇ ſuffert tēptacionē qm̄ cū pbatꝰ
fuerit accipiet coronā vite. Euā/
geliū. N iſi gra. fru. cū. Offer.
G loria ⁊ honore coronaſti eū ⁊ cō
ſtituiſti eū ſup opa manuū tuarū
domine. Secreta.
S acrificiū dñe qđ deſiderāter of
ferimꝰ. gratū tibi beatus martyr
chriſtoferꝰ ſuffragator efficiat. P.
Cō. Q ui vult venire pꝰ me abne
get ſemetipſū ⁊ tollat crucē ſuam
et ſequatur me. Cōplenda.
Q uos donis dñe celeſtibꝰ refeci/
ſti intercedēte btō chriſtofero marty
re tuo: ab oi q̄s aduerſitate cuſto/
di. Per. Pāthaleonis martyris.

L Etabit' iuſtus in dño et ſpe/
rabit in eo ⁊ laudabunt' oēs
recti corde Ps. Exaudi deꝰ oracio
nē meā cum depcor a timore iimi/
ci eripe aīam meam. Collecta.
P recioſam ſolēpnitatē ſancti
martyris tui panthaleonis
dñe plebē recolentē grē tue mūe/
ribus pfunde. ut cuiꝰ intereſt nata
licijs intereſſe valeat ⁊ brauijs. Per
Epla. I uſtū deduxit dñs. cū.
Gra. P oſuiſti dñe ſup caput eiꝰ
coronā de lapide pcioſo v. Deſide
riū aīe eius tribuiſti ei ⁊ volūtate
labiorꝝ eius nō fraudaſti eum.
A lla v. Beatꝰ vir q̇ timet dñm i
mādatis eiꝰ cupit nimis. Sequē.
I N excelſis regū regi p quē cō
ſtat cūcta regi honor ſit ⁊ glo
ria. Oli digne militātis martyrꝫ
